Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tamen introuit · quia uidelicet syngoga et scripture sacre
sacramenta cognouit · et tam adfide passionis dominice cre
dendo intrare distulit · Que diu longeq; pphetauit · psente
uidit · renuit · homine ee despexit · dm carne mortale fac
tu credere noluit · Quid ergo · nisi quia et ceciuus cucurrit ·
et tam ante monumentu uacua stetit · Venit aut symon
petrus sequens eu · et introuit inmonumentu · quia secu
ta posterior ecla gentiu mediatore di et hominu · homi
ne xpm ihm · et cognouit carne mortuu · et uiuente cre
didit dm · Vidit linteamina posita et sudariu quod fuerat
sup caput eius non cu linteaminib; positu · s; separatim
inuolutu inunu locu · Quid ee fis credimus · qd sudariu
capitis dni cu linteaminibus non inuenit inmonumento ·
nisi quia attestante paulo · caput xpi ds · et diuinitatis
incomprehensibilia sacramenta infirmitatis nre cognitio
ne disiuncta sunt · eiusq; potentia creature transcendit
natura · Et notandu qd non solu separatim · sed etia inuo
lutu inueniri dicitur · Linteu quippe qd inuolut · eius
initiu nec finis aspicit · Recte ergo sudariu capitis inuo
lutu inuentu est · quia celsitudo diuinitatis nec cepit ee ·
nec desinit · nec per initiu nascitur · nec termino coan
gustatur · Bene aut additur · inunu locu · quia inscissu
ra menciu ds non est · Is quippe inunitate e · et illi eius
gram habere merent · qui se abinuice psectaru scandala
non diuidunt · Sed quia solet psudariu laborantiu su
dor detergi · potest etia sudariu nomine exprimi labor
di · qui in se quide quietus semp atq; incommutabilis